



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 53. Nationum conventus in caussa Joannis Papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** Hieronymo objicit, ab ipso in hac Aca-  
A.C. 1415. demia complures erroneous sententias  
fuisse edoctas. Itemque Heidelbergensis  
Doctor illum errores contra fidem SS.  
Trinitatis tradidisse testatur. Hierony-  
mus ad omnia ista accusationum capita  
satis modeste respondit, aliisque exclamantibus: *Comburatur, ipse reposuit, si  
vobis placet mors mea, in nomine Domini,  
ad quæ Salisburgensis Episcopus: Non  
Hieronyme, quia scriptum est, nolo mortem  
peccatoris, sed ut convertatur & vivat.*

## §. LII.

*Carceri inclusus.*

Absolutis hisce quæstionibus Urbis Ma-  
gistratui traditur, in Turrim Ecclesiæ  
D. Pauli deducendus. Ubi gravi morbo  
decumbens, usque ad obitus sui diem,  
scilicet, usque ad Mensem Majum anni  
sequentis captivus detinebatur.

## §. LIII.

*Nationum Conventus in cauffa Joan-  
nis Papæ.*

*Ibid. p. 219.* Convenerant die vigesima quarta Maii  
Nationum Deputati super materiis  
deliberaturi, quæ in undecima Sessione  
altera die celebranda agerentur. In hoc  
cœtu Commissarii testimoni, quos excepe-  
rant,

rant, depositiones, & jurata accusatio-  
num capita proferunt; quosdam tamen Secul. XV.  
A.C.1415.  
articulos, eosque acerbiores supprime-  
re, nullamque de illis mentionem facere  
constituebant, saltem illos nunquam in  
Synodo perfectos fuisse constat, unde  
conjectura est, ita a Nationum Deputatis  
communi consilio fuisse sancitum. Post-  
hæc Henricus de Piro Synodi Promotor  
quatuor Joannis Bullas produxit, ut ex  
illis accusationem contra eum factam  
comprobaret, criminis enim dabatur, Joan-  
nem Cypri Regi commendam D. Joan-  
nis Hierosolymitani Equitum unacum  
spoliis Prædecessoris vendidisse in favo-  
rem quinque annorum pueri, qui alte-  
fati Regis filius spurius erat. Huic ei-  
dem parvulo nomine Aloysio, ut non ob-  
stante ejus infantia, spretisque contrariis  
hujus Religionis constitutionibus, Pro-  
fessionem emitteret, veniam dedisse, nec  
hanc datam licentiam revocasse, nisi  
sub hisce conditionibus, ut Religio Eque-  
stris Regi Cyprio nummos pro Commen-  
da solutos restitueret, Pontifici vero sex  
millia florenorum in parata pecunia nu-  
meraret, atque præter quoddam Officium,  
ex quo hic bis mille florenos percipe-  
ret, insuper annuam duorum millium  
florenorum pensionem huic Notho affi-  
gnaret, necnon præmissas hasce condi-  
tiones ad amusim executioni mandaret,

E 2 ne-

**Sæcul. XV.** nequicquam obluctantibus hujus Ordinis  
**A.C. 1415.** Religiosis Equitibus. Cuncta ista accusationum acta sigillo muniebantur, ad undecimam Synodi sessionem deferenda.

## §. LIV.

*Sessio XI. Accusationum articuli contra Papam approbati.*

**Labbe Conc.** Postera die vigesima quinta Maji habita est Sessio ordine undecima; in qua

**tom. 12. p. 67.** Synodi Procuratores accusationum capita adversus Joannem deposita, quæ potissimum manifesta, aut testibus probata continebant scelera, in scripturam redacta porrexerunt Concilio. Hos articulos jam antea recognitos, Posnaniensis Episcopus suo ordine prælegit omnes, exceptis iis, quos ob honestatem suppri mendos censebant, & quolibet capite sì gillatim recitato, alias testium depositiones, eorumque dignitates, aut status conditiones, suppressis tamen illorum nominibus, adjecit. Cunctos hosce articulos approbavit Synodus; quapropter postmodum quinque nominavit Cardinales, nimirum Ursinum, de Chalanto, de Salutiis, Cameracensem, & Florentinum, qui Ratolfi Cellam ituri, de actis hujus Sessionis, & de fimo exauctorationis proposito Joannem certiorem redderent. Cumque Synodus Papam ex eo tempore,

re,